Morbio 19 (83)

Dominus Fredericus marchio Cruuexane/ asserens in mente se habere/ sicut
concessit in feudum dno Oberto cepulle olim filio dni Cepulle de cepullis/
de Albingana Castrum Aquile/ villam Cezii et Castellamiam Aquile et villam Ca
uenole/ cum iurisdictione dictorum locorum/ ut idem marchio et dictus dns Obertus dice
bant de predictis feudis ee publica instrumenta/ ne uideatur penitus ipsarum feudalium concessio
num ipsas concessiones uoluntarie acceptas et confirmas nichilominus ad maiorem
cautelam/ eiusdem dni Oberti et robur dictarum concessionum/ eundem dnm Obertum
presentem et hec requirentem de predictis feudis/ secundum formas et condictiones/ quibus
ipsa feuda habere debet pariter et tenere/ cum quadam macia/ quam in manu tenebat iterum
investivit. Quibus sic gestis idem dns Obertus dicto dno marchioni fidelitatis debi
te iterato prestitit sacramentum. Actum plebe apud domum Jacobini audane.
Anno a nat dni millo Trecentesimo vigesimo secundo/ Indicte quinta/ die octaua
februarii. presentibus testibus rogatis dno Perciuale de auria. Johannino besacia/ Jaco
bino de Cruuexana. manuele bardello. Philippino bardello. Giullo de Calpaxio
et pluribus aliis.
Ego Henricus bardellus de plebe not palat rogatus hanc cartam scripsi.

craffexanz
Jnuestitura facta Gulielmi
bei Aquile et aliorum
anno 1302 8/II

Morbio 19 (83)